





1596, 8

18



DISPUTATIONVM PHYSIO-
LOGICARVM QVINTA

DE HVMORIBVS
CORPORIS HVMANI
IN GENERE,

Quam

D. F. E. A. G.

Sub praesidio

CLARISSIMI VIRI, DOMI-
NI CORNELII BOKELII PHI-
losophiae & Medicinae D.

tuebitur

IOACHIMVS REINEKE MAGDE-
burgensis Philosophiae Medicae studiosus.

In Illustri IVLIA 12. Calend. Decembris
hota & loco consueto

HELMÆSTADII
Excudebat Iacobus Lucius, Anno
M. D. XCVI.



STEFANUS M. PHISIO
LOGICANVM QVINTA

DE HYMNORIBVS
CORPORIS HVMANI
IN GENERE

1611
D. S. A. G.
24. 10. 1611

CLAUSIUS V. D. DOMI
PHILOSOPHVS ET MATH
PHYSICVS

IONOMVM'S REINAE M. A. G. D. E.
PHILOSOPHVS ET MATH
PHYSICVS

HELMESTADII
Excusatum in Typis Anno
M. D. C. C. I.



DE HUMORIBVS CORPORIS HV- MANI IN GENERE.

Thema I.



Ostrinâ continentium seu solidarum partium corporis, quas in similes & dissimiles distinximus, prioribus disputationibus absolutâ; de contentis siue humoribus vt iam agamus ordo nos monet.

II.

Humoris vocabulum *πελύσιμον* est, aliasq; generaliter & latè, aliàs magis specialiter sumitur & definitur.

III.

Generaliter intellectum accipitur 1. pro omni corpore humido fluidoq; siue sit aqua siue succus siue ius aliquod, siueq; in corpore siue extra corpus consistat. 2. pro liquore ex cibo potuq; in corpore animantis genito 3. pro humore saltem vtili in corpore 4. pro humore alimentario 5. pro humore ad fluxum apto.

IV.

Atq; hoc modo acceptum definiri potest, quod sit corpus fluidum termino facile alieno, proprio difficillimè consistens & comprehensum.

V.

Definitur propriè humor quod sit corpus fluidum in humano corpore vel secundum naturam beneficio caloris natiui spirituumq; ad certos vsus ex cibo potuq; genitum: vel præter naturam & corpus ipsum nisi tempestiuè excernatur, destruens grauissimosq; morbos inducens.

VI.

Humorum alij sunt naturales, alij præternaturales.

VI.

Naturales dicuntur qui legitimâ naturæ intentione geniti finemq; ad quem à natura destinati erant consequuntur.

A 2

Natu-

VIII.

Naturalium alij sunt animati & vita quasi communi fru-
entes, vti humor crystallinus in oculo, semen &c. alij inanimati
vt sanguis pituita &c.

IX.

Inanimati vicissim duplices sunt: alij enim θρεπτικοί seu nu-
trientes, alij non nutrientes & superflui dicuntur.

X.

Nutrientes dicuntur qui corpori eiusq; partibus nutrien-
dis inseruiunt, ijsq; alimentum præbent vt sanguis, pituita &
vtraq; bilis alimentaria

XI.

Horum alij corporis quasi alimentum dicuntur, quales sunt
tres priores humorum secundariorum, alij eius dicuntur futu-
rum alimentum, idq; in posterum nutriunt, quales sunt chylus,
chymus, sanguis: alij verè eius sunt alimentum & statim nu-
triunt vt quartus secundariorum.

XII.

Differentiæ horum humorum aut à loco generationis i-
psorum desumuntur, aut à substantia ipsorum aut qualitati-
bus aut à situ aut ab ipso deniq; vsu.

XIII.

A loco generationis ipsorum desumptæ differentiæ sunt:
alij enim ex prima statim conformatione nobis insunt vt hu-
mor primigenius: alij post & vel in prima concoctione in ven-
triculo generantur vt chylus: alij in secunda in epate vt chy-
mus siue in eo contenti quatuor humores vt sanguis syncer^o
pituita &c. Alij in tertia coctione quæ fit in singulis partibus
vt quatuor humores secundarij dicti.

XIV.

A substantia differentiæ desumptæ sunt: alij sunt substan-
tiæ aëreæ vt sanguis, alij igneæ vt bilis flaua, alij aqueæ vt pi-
tuita, alij terreæ vt humor melancholicus. A qua-

XV.

A qualitatibus differentiaē desumptæ, erunt eæ vel à primis vel à secundis.

XVI.

A primis desumptæ sunt : alij sunt calidi & humidi vt sanguis, alij calidi & sicci vt bilis flaua, alij frigidi & humidi vt pituita, alij frigidi & sicci vt succus melancholicus.

XVII.

A secundis desumptæ sunt : alij sunt dulces vt sanguis, alij saporis expertes vt pituita : alij porro naturâ leues sursumq; tendunt vt bilis flaua, alij graues imumq; petunt vt humor melancholicus : alij deniq; mediæ naturæ vt sanguis & pituita, cuius rei euidens nobis est testimonium massa sanguinea per phlebotomiam extracta.

XVIII.

A situ desumptæ differentiaē sunt : alij in primo generationis organo continentur vt chylus, alij partim in organo partim in alijs sibi propriatis & destinatis vasis vt bilis flaua & atra, hi enim sanguini adhuc coniuncti in epate, postea ab ipso attracti in propria receptacula, hærent.

XIX.

Ab vsu differentiaē desumptæ, etsi omnium communem vsum (quod videlicet corporis nutrimentum sint) astrinximus, pro diuersa tamen partium nutriendarum natura, diuersæ etiam constitui possunt : alij siquidem partes carnosas nutriunt vt sanguis, alij partes membranofas & frigidas vt pituita, alij terrestres & siccas vt humor melancholicus.

XX.

Adde quod neq; eundem simul modum & præstantiam in nutriendo obtinent, alij siquidem plus alij minus, alij celerius alij tardius nutriunt : omnium autem maximè nutrit sanguis, proximus ab hoc pituita tandem bilis flaua, omnium minimè humor melancholicus.

A 3

Abu-

XXI.

Ab usu proprio desumptæ sunt: alij attenuant vt bilis, alij incrassant vt pituita, alij siccant & infrigidant vt humor melancholicus.

XXII.

Plures differentias ab externis accidentibus vt colore quod alij sint rubri &c. à tempore vigoris seu dominio etiam consulto omittimus.

XXIII.

Non nutrientes humores siue superflui sunt qui corpus non nutriunt, sed à natura reijciuntur vel ratione quantitatis vel qualitatis, suntq; vel vtilis vel inutiles.

XXIV.

Vtilis dicuntur qui etsi à natura reiecti sunt, certum tamen usum per se in corpore habent: & vel ad conseruationem ipsius indiuidui vt adeps: vel speciei conseruationem faciunt vt semen, sanguis menstruus, lac, & excrementa vocantur vtilia.

XXV.

Humores non vtilis dicuntur qui per se quoad in corpore sunt nullum certum usum præstant sed retenti diutius ei vim inferunt & noxij valde & detrimentosi euadunt: Excreti vero neq; ipsi indiuiduo neq; speciei ad sui constitutionem quidquam conferunt & excrementa inutilia dicuntur.

XXVI.

Accidentariè tamen horum humorum tum separationem tum excretionem requiri & necessariam esse patet: Cum enim omnis nutritio per assimilationem sibi similibus fiat, nullum verò alimentum corpori nutriendo offeratur quod non aliquid contrarij & ad nutritionem minimè idonei in sese contineat, necesse est vt hæ partes primum separentur & excernerentur antequam vera simularium agglutinatio fieri possit.

Diffe-

XXVII.

Differentiæ horum humorum maximè potissimumq; desumuntur à loco generationis, tum excretionis, tum vsu.

XXVIII.

A generationis loco desumptæ differentiæ sunt: quod alij in prima concoctione generentur & separentur vt pituita quædam excrementitia, serum &c. alij in secunda coctione vt bilis, melancholicus humor, vrina, alij in tertia concoctione vt sudor, mucus lachrimæ &c.

XXIX.

Ab excretionis loco differentiæ desumptæ alij per vniuersum corpus euacuantur vt sudores, alij per superiora vt mucus, fordes aurium, sputum &c. alij per inferiora vt vrina &c.

XXX.

Ab vsu differentiæ sunt: quod quidam planè inutiles vt lachrimæ, sudor, vrina &c. quidam multum vtilis vt lac, semen adeps, quidam ex parte, adiuuando scilicet alias corporis actiones vt bilis flaua, humor serosus, saliuæ &c.

XXXI.

Præternaturales humores dicuntur, qui etsi à natura producti peruersè tamen & impedita eius actione legitima geniti aut limites eius egressi eandem destruunt corporiq; noxam inferunt.

XXXII.

Quod tribus modis accidere posse videmus ijs, aut enim substantiæ quantitate molesti peccant, aut qualitate aut vtrisque.

XXXIII.

Hinc tot humorum præter naturam species constitui posse, quot eorum secundum naturam reperiuntur, in confesso est: ad vulgata tamen quatuor genera referri possunt, quæ sunt sanguis pituita bilis flaua & atra.

San-

XXXIV.

Sanguis itaq; substantiâ vel vitio proprio vel alieno humori mixtus modum excedit etiamsi proprium nomen inde non fortiatur.

XXXV.

Quantitate peccans fit, quando vel nimis copiosè ad partes aliquas confluit & plethoram constituit, vel diminutum & minus quàm corpori alendo sufficit eius generatur.

XXXVI.

Qualitate excedit tum primis tum secundis quando vel simplicem vel compositam aliquam intemperiem admittit. Quod si iunctis his omnibus modum excedat in totum depravatus dicitur.

XXXVII.

Idem etiam de reliquis humoribus iudicandum: aut enim substantia degenerant vt pituita gypsea reddita, bilis adusta & porracea reddita, &c. aut quantitate, copia scilicet & mole sua infestans: aut etiam qualitate vel omnibus simul iunctis molesti: de quibus in speciali ipforum tractatione.

F I N I S.



ULB Halle
003 338 150


3





TA-OL

VD 77







1596,8

18
/

DISPUTATIONVM PHYSIOLOGICARVM QVINTA

DE HVMORIBVS CORPORIS HVMANI IN GENERE,

Quam
D. F. E. A. G.
Sub praesidio

CLARISSIMI VIRI, DOMINI CORNELII BOKELII PHILOSOPHIAE & MEDICINAE D.

tuebatur
IOACHIMVS REINEKE MAGDEBURGENSIS Philosophia Medica studiosus.
In Illustri IVLIA 12. Calend. Decembris hotâ & loco consueto

HELMAESTADII
Excudebat Iacobus Lucius, Anno
M. D. XCVI.